 el. Huius filius zelphe quam dedit laban  
 hic filie sue. et hos genuit iacob sexde-  
 cim animas. Filius rachel uxoris iacob:  
 ioseph et beniamin. Namque sunt io-  
 seph filii in terra egypci quos genu-  
 it ei aseneth filia phutiphares sacer-  
 dots heliopoleos: manasses et ephra-  
 im. Filius beniamin. bela. et bethor.  
 et asbel. gera. et naaman. iehi. et ro-  
 simopim. et ophium. et zared. Huius  
 filius rachel quos genuit iacob: om-  
 nes anime quatuordecim. Filius dan:  
 busim. Filius neptalim: hasihel. et  
 guni. et iheser. et salem. Huius filius ba-  
 le quam dedit laban rachel filie sue:  
 et hos genuit iacob. Omnes anime  
 septem. Cunctaque anime que ingress-  
 se sunt cum iacob in egypci. et  
 egressse de semore illius absq; uxori-  
 bus filiorum: sexaginta sex. Filius au-  
 tem ioseph. qui natu sunt ei in terra  
 egypci: anime due. Omnes anime  
 domus iacob que ingressse sunt. e-  
 gypci: fuere septuaginta.

*J. lxxvij.* **M**isit autem iacob iudam ante se  
 ad ioseph ut nunciaret ei: et ille  
 occurserat in gersem. Quo cum per-  
 uenisset iuncto ioseph curru suo  
 ascendit obuiam patri ad eundem  
 locum. Vidensq; eum irruit super  
 collum eius: et inter amplexus fle-  
 uit. Dixit pater ad ioseph. Iam le-  
 tus moriar. quia uidi faciem tuam

*Lxxvij.* et superstitem terelinquo. **E**t ille  
 loquitur est ad fratres: et ad omnem  
 domum patris sui. Ascendam et nun-  
 ciabo pharaoni: dicamq; ei. Fratres  
 mei et domus patris mei qui erant  
 in terra chanaan uenerunt ad me:  
 et sunt uiri pastores omnium. curaq;  
 habent alendorum gregum. Pe-  
 tra sua et armenta. et omnia que ha-  
 bere posuerunt: adduxerunt secum.  
 Cumq; uocauerit uos et dixerit qd  
 est opus urum: respondebitis. Viri  
 pastores sumus servi tui ab infan-  
 tia nostra usq; in presentis: inos et patres  
 nostri. **H**ec autem dicitis ut habita-  
 re possatis in terra gersem: quia de-  
 testantur egypci omnes pastores  
 omnium. Ingressus ergo ioseph: nun-  
 ciavit pharaoni: dicens. Pater me-  
 us et fratres. oues eorum. et armen-  
 ta et cuncta que possident uenerint  
 ad me de terra chanaan: et ecce con-  
 sistunt in terra gersem. Extremos  
 quoq; fratrum suorum quinq;  
 viros statuit coram rege: quos ille  
 interrogauit. Quid habetis operis?  
 Responderunt. Pastores omnium su-  
 mus servi tui: et nos et patres nri.  
 Ad peregrinandum in terram tu-  
 am uenimus: quoniam non est  
 herba gregibus servorum tuorum in  
 grauiente fame in regione cha-  
 naan. Petimusq; ut esse nos iubeas  
 seruos tuos in terra gersem. *Lxxvij.*  
**D**ixit itaq; rex ad ioseph. Pater tu-  
 us et fratres tui uenerunt ad te: ter-  
 ra egypci inconspicu tuo est. in op-  
 timo loco fac habitare eos. et uade  
 eis terram gersem. Quod si nosti esse  
 in eis viros industrios. constitue

illos magistros peccorum meorum.  
Post hęc introduxit ioseph patrem  
suum ad regem: et statuit cum co  
ram eo. Qui benedicens illi. et inter  
rogatus ab eo. quot sunt dies anno  
rum uite tue? Respondit. Dies pe  
regrinationis uite meę centū trigin  
ta annorum sunt parui et malū. et  
non peruererunt usq; ad dies pa  
trum meorū quib; peregrinati sunt.  
Et benedicto rege. egressus est foras.  
Ioseph uero patri et fratrib; suis dedit  
possessionem in egyp̄to in optimo  
terre solo ramessēs: ut preceperat  
pharaō. Et alebat eos omnīq; do  
mum patris sui. p̄tēb̄ns cibaria sin  
gulis. In toto enim orbe pamis deiebat:  
et oppresserat fames terram. maxi  
me egyp̄ti et chanaan. E quib; om  
nem peccatum congregauit pro  
uenditione frumenti: et multil  
eam in erarium regis. Cumq; de  
fasset emptorib; precium: uenit  
cuncta egyp̄tus ad ioseph dicens.  
Oa nobis panes. Quia re morimur  
coram te deficiente peccatum. Qui  
bus ille respondit. Adducite pecc  
ta uestra: et dabo uobis pro eis ci  
bos si premium non habetis. Que cū  
adduxissent: dedit eis alimenta Lxxviii.  
pro equis et ovinis et bovis et asi  
nis. Sustentauitq; eos illo anno:  
pro commutatione peccorum. Ve  
nerunt quoq; anno secundo. et  
dixerunt ei. Non celamus dño  
nostro quod deficiente peccatum  
et peccata simul defecerunt. Nec  
dam te est: quod absq; corporib;  
et terra. nichil habeamus. Cur g  
morimur te uidente? Et nos et

terra nostra tui erimus. Emic nos  
in servitutem regiam. et prebe se  
mina: ne pereunte cultore rediga  
tur terra in solitudinem. Emit igit̄  
ioseph omnem terram egyp̄ti uen  
dentib; singulis possessiones suas pre  
magnitude famis: subiec̄t̄; eam  
pharaō et cunctos populos eius a  
nouissimis terminis egyp̄ti usq; ad  
extremos fines eius. p̄ter terram sa  
cerdotum quę a rege tradita fuerat  
eis quib; statuta cibaria ex horris  
publicis prehebantur. Et ita non  
sunt compulsi uendere possessiones  
suas. Dixit ergo ioseph ad populos.  
En ut cernitis et uos et terram uestrā  
pharaō possidet. Accipite semina et  
scrive agros: ut fruges habere possitis.  
Quintam partem regi dabitis: qua  
tuor reliquias p̄mitto uobis in semen  
tem et in cibos familiis et liberis ue  
stris. Qui responderunt. Salus nra  
in manu tua est. Respiciat nos tan  
tum dñs noster: et leui seruimus re  
gi. Ex eo tempore usq; in presentem  
diem in immensa terra egyp̄ti regi  
bus. quinta pars soluitur: et factum  
est quasi in legem absq; terra sacerdo  
tali que libera ab hac conditio ne fu  
it. Habitauit ergo isrl' in egyp̄to.  
Id est in terra gersem. et possedit eā.  
Accusq; est et multiplicatus nimis:  
et iuxit in ea decem et septem annis.  
Factiq; sunt omnes dies uite illius:  
centum quadraginta septem anno  
rum. Cumq; appropinquare cerne  
ret diem mortis: uocauit filium su  
um ioseph. et dixit ad eum. Si inue  
ni grām in conspectu tuo pone ma  
num sub femore meo: et facies michi

misericordiam et ueritatem ut non  
sepelas me in egypto: sed dormiam  
cum patribus meis. et auferas me de  
hac terra: condasq; in sepulchro maio-  
rum. Cui respondit ioseph. Ego faci  
am quod uisisti. Et ait. Iură ergo  
inquit michi. Quo nuncante: adorauit  
isrl' deum. conuersus ad lectuli caput.

**C. xlviij.** **X.**

**I**his ita transactis: nunciatum est  
ioseph quod egrotaret pater eius. Qui  
assumptus duobus filiis. manasse et  
ephraim: ire prexit. Dicitq; est se-  
m. Ecce filius tuus ioseph: uenit ad  
te. Qui confortatus sedit in lectulo:  
et ingresso ad se ait. Oculis omnipo-  
tenis apparuit michi in luce: que  
est in terra chanaan. Benedixitq;  
michi et ait. Ego te augabo et mul-  
tiplicabo faciem in turbas populoꝝ.  
daboq; tibi terram hanc et semini  
tuo post te in possessionem sempiter-  
nam. Duo igitur filii tui qui nati fu-  
tibi in terra egypti antequam hic  
uenirem ad te mei erunt: ephraim  
et manasses. Sicut ruben et simeon:  
reputabuntur michi. Reliquos au-  
tem genueris post eos: quos tui e-  
runt. et nomine fratrum suorum.  
uocabuntur in possessionib; suis.  
Michi enim quando ueniebam de  
mesopotamia. mortua est rachel in  
terra chanaan in ipso itinere: eratq;  
uerum tempus et ingrediebar e-  
phratam. Et sepeliri eam iuxta ui-  
am ephratę: que alio nomine ap-  
pellatur bethleem. Uidens autem si-  
lios eius: dixit ad eum. Qui sunt isti?  
Respondit. Filij mei sunt: quos de-  
dit michi deus in hoc loco. Adduc  
inquit eos ad me: et benedicam illis.

Oculi enim isrl' caligabant pri- mi  
mia senectute: et clare uidere non  
poterat. Applicatosq; ad se: deoscu-  
lat' ē. eos. Et circumplexus: dixit  
ad filium suum. Non sum frauda-  
tus aspectu tuo. In sup ostendit mi-  
chi deus semen tuum. Cumq; tulis-  
set eos ioseph de gremio patris. ado-  
rauit pronus in terram. Et posuit  
ephraim ad dexteram suam. id est  
ad sinistram isrl': manassen uero in  
sinistra sua. ad dexteram scilicet pa-  
tris. Applicuitq; ambos ad eum. Qui  
et tendens manum dexteram posuit  
sup caput ephraim humoris fratris.  
sinistram autem sup caput manas-  
se qui maior natu erat commutans  
manus. Benedixitq; ioseph filio suo:  
et ait. Deus in cuius conspectu ambu-  
lauerunt patres mei abram et isaac.  
deus qui pascit me de cunctis ma-  
lis. benedic pueris istis. et muoce-  
tur sup eos nomen meum: nomina  
quoq; patrum meorum abraham  
et ysaac. et crescant in multitudine  
sup terram. Vident autem ioseph  
quod posuisset pater suus dexterā  
manū sup caput ephraim: grauerter  
acepit. Et apprehensam patris  
manum leuare conatus est de capi-  
te ephraim: et transferre sup caput  
manasse. dixitq; ad patrem. Non  
ita conuenit pater: quia hic est  
primogenitus. Pone dextram tuā  
sup caput eius. Qui renuens ait.  
Sao fili mi sao. Et iste quidem erit  
in poplos. et multiplicabitur: sed  
frater eius minor maior illo erit. et  
semen illius crescat in gentes. Bene-  
dixitq; eis in ipso tempore: dicens.

In te benedicitur isrl: atq; dicitur:  
 Faciat tibi deus sicut ephraim et si  
 cit manasse. Constitutq; ephraim  
 ante manassim: et ait ad ioseph fili  
 um suum. En ego morior. et erit de  
 us uobis: reducetq; uos ad terrā  
 patrum uestrorum. Dabo tibi par  
 tem unam extra fratres tuos: quam  
 tuli de manu amorrei in gladio et  
 artu meo. **V**ocavit autem iacob  
 filios suos: et ait eis. Congregamini  
 ut annunciem quę uentura sunt  
 uobis: dieb; nouissimis. Congrega  
 mini et audite filij iacob: audite is  
 rael patrem uestrum. Ruben pri  
 mogenitus meus. Tu fortitudo mea:  
 et principium doloris mei. Prior  
 in donis: maior in imperio. Effusus  
 es sicut aqua non crescas: quia ascen  
 disti cubile patris tui. et maculasti  
 stratum eius. Simeon et leui fratres:  
 uasa iniquitatis bellantia. In consi  
 lium eorum non ueniat anima mea.  
 et in cętu illorum: non sit gloria mea.  
 Quia in furore suo occiderunt ui  
 rum: et in uoluntate sua suffode  
 runt murum. Maledictus furor  
 eorum qđa pertinax: et indigna  
 tio illorum quia dura. Diuidam  
 eos in iacob: et dispergam illos in  
 isrl. Iuda te laudabunt fratres tui.  
 Manus tua in cervicib; mimicorū  
 tuorū. Adorabunt te filij patris  
 tui. Catulus leonis iuda. Ad pre  
 dam fili mi. ascendisti: requiescens  
 accubisti ut leo. et quasi leōna.  
 Quis suscitabit eum? Non aufer  
 etur sceptrum de iuda: et dux  
 de semore eius. donec ueniat q  
 mittendus est: et ipse erit expe

statio gentium. Ligans ad uincam  
 pullum suum: et ad uitem o fili mi  
 astram suam. Lauabit uino stolā  
 suam. et sanguine uiue pallium su  
 um. Pulchriores oculi eius uino: et  
 dentes eius lacte candidiores. Tabu  
 lon in littore mari habitabit. et in  
 statione nauium ptingens usq; ad  
 sidonem. Isachar asinus fortis: accu  
 bans ferē timinos. Vedit requiem qđ  
 esset bona. et terram quod esset opta  
 ma: et supposuit humerum suum  
 ad portandum. factusq; tribus ser  
 uiens. Dan iudicabit populum suū:  
 sicut et alia tribus isrl. Fiat dan co  
 luber in uia: ceraspes in semita. Mor  
 dens singulas equi: ut cadat ascensor  
 eius iterū. Salutare tuum expectabo  
 domine. Gad accinctus prelibabitur  
 ante eum: et ipse accingetur retrorsū.  
 Aser pinguis panis eius: et prebebit  
 delicias regibus. Neptalin ceruus  
 emissus: et dans eloquia pulchritu  
 dinis. Filius accrescens ioseph: filius  
 accrescens et decorus aspectu. Filie  
 discurrent sup murum: sed exas  
 perauerunt eum et iurgau sunt. In  
 uideruntq; illi habentes iacula. Se  
 det in forti artus eius et dissoluta sūt  
 uincula brachiorū et manuum illius  
 per manus potenter iacob. Inde pastor  
 egressus est: lapis isrl. Deus patris tui  
 erit adiutor tuus: et omnipotens be  
 nedicet tibi. Benedictionib; celi de  
 super: benedictionib; abyssi lacrimis  
 deorsum. benedictionib; uberum et  
 uiuē. Benedictiones patris tui confor  
 tate sūt benedictionib; patrum eius:  
 donec ueniret desiderium collum  
 eternorum. Fiant in capite ioseph.

et in uerice nazarei inter fratres  
 suos. Beniamini: lupus rapax. Ma-  
 ne comedet predam: et uesper dnu-  
 det spolia. Et omnes hi in tribubus  
 sunt duodecim. Hec loquutus est eis  
 pater suus. Benedixitq; singulis be-  
 nedictionibus pries: et praecepit eis  
 dicens. Ego congregor ad populum  
 meum. Sepelite me cum patribus  
 meis in spelunca duplii que est in  
 agro ephron hechœ. contra mambre  
 in terra chanaan quam emis abra-  
 ham cum agro ab ephron hechœ  
 in possessionem sepulchri. Ibi sepe-  
 lerunt eum et saram uxorem eius.  
 Ibi sepultus est isaac cum rebecca  
 coniuge. Ibi et ha condita iacet.  
¶  
 Finitisq; mandatis quib; filios in-  
 struebat. collegit pedes suos sup le-  
 cillum et obiit. Appositusq; ad po-  
 pulum suum. Quod cernens ioseph  
 ruit sup faciem patris: flens et de-  
 osculans eum. Precepitq; seruis su-  
 is medicis ut aromatib; condirent  
 patrem. Quib; iussa expletibus.  
 transierunt quadraginta dies. Iste  
 quippe mos erat cadaverum con-  
 ditorum. Ficuntq; cum egypciis sep-  
 tuaginta diebus. Et expleto plan-  
 tis tempore loquutus est ioseph  
 ad familiam pharaonis. Si inueni-  
 grām in conspectu uestro loquimi-  
 ni in aurib; pharaonis. eo quod pa-  
 ter meus adiurauit me: dicens.  
 En morior in sepulchro meo qd'  
 fodi michi in terra chanaan: sepe-  
 lies me. Ascendam igitur et sepeliā  
 patrem meum: ac reuertar. Dixitq;  
 ei pharao. Ascende et sepeli patrem  
 tuum: sicut adiuratus es. Quo as-

lxxxi  
 cendente: ierunt cum eo omnes se-  
 nes domus pharaonis. cunctiq; ma-  
 iores natu terre egypci. Domus io-  
 seph cum fratrib; suis. absq; paruu-  
 lis et gregib; armatis que derelique-  
 rant in terra gersem. Habuit quoq;  
 in comitatu curru et equites: et  
 facta est turba non modica. Uene-  
 runtq; ad arcam: que sita est trans  
 iordanen. Ubi celebrantes exequias  
 plantu magno atq; uichementi im-  
 pluerunt septem dies. Quod cu  
 uidissent habitatores terre canaan:  
 dixerunt. Plantus magnus est:  
 iste egypciis. Et itinero appellaue-  
 runt nomen loci illius. plantus  
 egypci. Fecerunt ergo filii iacob: si  
 cut præcepit eis. Et portantes cu  
 interiam chanaan: sepelierunt in  
 spelunca duplii. quam emis abra-  
 ham cum agro in possessionem  
 sepulchri ab ephron hechœ contra  
 faciem mambre. Reuersusq; est io-  
 seph in egypcium cum fratrib; suis et  
 omni comitatu: sepulto patre. Quo  
 mortuo timentes fratres eius et mu-  
 tuo colloquentes. ne forte memor-  
 sit iniurie quam passus est et reddat  
 nobis malum omne quod fecimus:  
 mandauerunt ei dicentes. Pater tu-  
 us præcepit nobis antequam more-  
 retur: ut hec tibi uerbis illius dice-  
 remus. Obscurio ut obliuiscaris scle-  
 ris fratrum tuorum et petatq; atq;  
 malicie quam exercuerunt in te.  
 Nos quoq; oramus: ut seruo dei patri  
 tuo dimittas iniquitatem hanc. Quib;  
 auditus fleuit ioseph. Ueneruntq;  
 ad eum fratres sui: et pmi in terra adorauerit  
 dixerunt. Serui tui sumus. Quib;

ille respondit. Nolite timere. Nun de  
possimus remuovere uoluntati: vos  
cogitatis de me malum. et deus uer-  
tit illud in bonum. ut exaltaret me  
sicut in presentiarum certis: et sal-  
uos faceret multos populos. Nolite  
metuere: ego pascam uos et parvulos  
uestros. Consolatē eū. eos et blande  
acleniter est loquutus. Et habitauit  
in egyp̄to: cum omni domo patris  
sui. Uixitq; centā decē annis: et uidit  
ephraim filios usq; ad tertiam gene-  
rationem. Filii quoq; machir filii  
manasse: nati sunt in genib; ioseph.

**I**xxxij.  
**Q**uibus transactis: loquutus est  
ioseph fratrib; suis. Post mortē  
meam: deus uisitabit uos. et ascen-  
dere faciet de terra ista. ad terram qm̄  
iurauit abraham. isaac. et iacob.  
Cumq; adiurasset eos atq; dixisset  
deus uisitabit uos. asportate uobis  
cum ossa mea de loco isto: mortu-  
us est expletis centum detem uite  
sue annis. Et conditus est a roma-  
tibus: repositus est in loculo in egyp̄-  
to. **E**xplicit liber brevis qui grec  
dictatur genesis. uersus habens. iij.  
. dce. **I**ncipiunt capitula. libri exodi.

**D**e infantibus hebreorum quos precepit  
pharaon in flumine proci.

**D**e pueru quem inuenit filia pharaonis  
et cognominauit eum moysen.

**D**e egyp̄to quē occidit moyses et fugit  
madiarij. **f**isit.

**M**ortuo pharaone exaudiuit dñs filios

**A**pparuit angls moysi in rubo.

**D**e signo quod dedit dñs in manu moy-

**f**si in uirga.

**D**e signo secundo  
**D**e signo tertio. **f**uadā ad fr̄s meos.

**D**omi uenit ad sacerd̄tū moysēs et dixit ei

**M**ortuo pharaone dixit dñs ad moysen.

**f**uade in egyp̄to.

**D**icit dñs ad aaron. uade in obuiā moysi.

**D**icunt pharaoni: ut dimittat isrl̄.

**M**oysi dicit dñs ut loquatur ad popl̄m.

**D**e principib; israhel.

**D**edi te dicit dñs deū pharaonis.

**P**rouenit aaron uirgam coram pharao

**f**ne. et facta est draco. feceruntq; magi simi-

**I**nincipiunt plage egyp̄ti. **f**liter:

**D**omi aqua fluminis facta est sanguis. et

**f**ecerunt magi similiter.

**P**ercessit aaron iterum aquas egyp̄ta et

**f**eduxit ranas. fecerunt et magi similiter.

**P**ercessit aaron in limo terre. et facti sunt

**f**sanipheſ in hominib; et cessauerūt magi.

**I**minisit dñs cynamā in totā terrā egyp̄ta.

**M**ortē misit dñs in omnia pectora egyp̄torū.

**D**e fauilla quā sparſit moyses in celū.

**f**et facta sunt ulcerā in hominibus.

**E**xtendit moyses manū in celū.

**f**et pluit dñs ignem et grandinem.

**V**enit locusta sup omnes fines egyp̄ta.

**F**acte sunt tenebre in tota terra egyp̄ta

**f**triduo.

**D**icit dñs moysi. ad huc unam plagam

**L**ego induco in pharaonem.

**L**oquitur dñs moysi et aaron de sacra

**f**mento pasche.

**D**ecima plaga in qua paucissit dñs omne

**f**primogenitum egyp̄torū.

**H**abitauerunt filii isrl̄ in egyp̄to annis

**f**quadringentis triginta.

**L**egem pasche dat dñs.

**D**icit dñs ut sc̄ficerit omnē primū.

**Q**uanta p̄genie ascenderunt filii isrl̄

**f**de egyp̄to.

**C**onsequitus est pharao filios isrl. et co-  
 operuit egypcios mare.  
**G**atium. **T**impanis et choris.  
**C**antauit et maria cum mulierib; in  
**M**urmurauit popl; in deserto pro aqua.  
**M**urmurauerunt et pro carnibus.  
**D**edit dñs poplo coturnices et manna.  
**M**anducauerunt manna annis qua-  
 draginta. **S**de petra aquā.  
**M**urmurauerunt pro aqua et eduxit  
**A**git amalech. et percussit eū ioseue ad pug-  
 nacit iethro ad moysen in desertū. Nam.  
**V**onsiliū dedit iethro moysi ut preponer-  
 et tribunos et centuriones. **F**ant cum.  
**T**estatur dñs per moysen poplo. ut audi-  
**D**escendit dñs in monte sina in igne.  
**P**recepit dñs moysi. ut ascendat in mon-  
 tem solus. **F**stodiri.  
**D**ecim uerba legis que precepit dñs cu-  
 on erunt tibi dij alij absq; me.  
**N**on facies tibi idolum neq; ullā similitudinē.  
**N**on sumes nomen dei cui in uanum.  
**I**n mente habe die sabbatorum.  
**H**onora patrem tuum et matrem.  
**N**on occides.  
**N**on mechaberis.  
**N**on furtum facies.  
**N**on dices falsum testimonium.  
**N**on concupisces uxorem proximi tui.  
 neq; aliquid eius  
**T**imuit populus et dixerunt ad moy-  
 sen: tu loquere ad nos.  
**D**eos argenteos ul' aureos non faciendos.  
**D**e pueru hebreo empto.  
**D**e filia distracta.  
**D**e percusso et mortuo.  
 iquis occiderit aliquem dolo.  
 ui percussit patrem aut matrem.  
 ui maledixerit patri aut matri.  
 ui furto erexit uendiderit.

**S**imixa paucserit alijs. lapide aut pugno.  
**S**i seruum aut ancillam percuaserit ali-  
 quis et mortuus fuerit.  
**S**i mulierē paucserit quis et abortauerit.  
**O**culum pro oculo.  
**O**culum servi aut ancille qui elecerit.  
**S**i cornu aliquis pertuaserit taurus.  
**S**i fountam quis foderit.  
**S**i taurus alium cornu paucserit.  
**S**i quis uitulū aut ouem immolauerit.  
**D**e fure percusso.  
**D**e agro alieno de pasto.  
**D**e area in censa uel messe.  
**D**e cōmendo et furto ab aliquo crepto.  
**D**e iumento ul' aliquo petuē cōmen-  
 do et mortuo. **F**fuerit.  
**S**i petuerit quis animal et mortuum  
**D**e uirgine nondum sponsata.  
**M**aleficium occidendum.  
**Q**ui dormierit cum petuē occidendū.  
**Q**ui immolauerit dijs eradicandum.  
**A**duenam non nocendum.  
**V**idiuam et orphanum non nocendos.  
**D**e fenore et de pignore.  
**D**e blasphemandum.  
**P**rimitias offerendas.  
**P**ōne primituum dñō offerendum.  
**C**arnem abesta laceratā non edendā.  
**R**on credendum facile quod audieris.  
**R**on consentendum fieri testē iniquis.  
**N**on esse cum multis malum.  
**N**on declinare cum multis iudicium.  
**N**on spēnendum paupēm in iudicio-  
 net pro illo faciendum.  
**E**rrantē inimici iumentū reuocandū.  
**I**umentū inimici pressum. pondere  
 erigendum.  
**I**udicium pauperis. non subuertendū.  
**A**b omni uerbo iniquo recedendum.  
**I**nnocētē et iustum non occidendū.

**I**npium non iustificandū et munera non accipienda.

**D**e anno remissionis septimo.

abbato non opandum.

mnia quę precepit d's obseruanda.

rib; temporib; anni diem sollennē agendā.

iem festum azimorū obseruandum.

acuum in conspectu dñi minime appa rendum.

**T**ribus temporib; anni omnem masculi num parere dño.

rimitias terre offerendas.

on coquendum agnū in latte matris

ngelum promittat dñs qui precedat.

ui deum audient liberari ab iniurias.

cos alienigenarū non adorando.

umorem et uespas misirū domini q̄

ciceret alienigenas.

**D**ixit dñs moysi ascendere ad se in mon tem cum majoribus natu.

lapidib;

dificauit moyses altare ex duodecim

scendit moyses cū maiorib; natu.

mnes electi. uenerunt in locū dei.

icit dñs moysi ut ascendat in monte

accipere tabulas testamenti.

**A**scendit moyses et descendit ad eum maiestas domini.

faciendum.

icit dñs offerri initia ad tabernaculum

e fabrica arthę et mense et tabernacli.

e fabrica altaris.

e oleo lucerne.

gantur.

e aaron et filijs eius ut sacerdotio fin

e stolo sancta.

e ueste sacerdotali.

immolanda.

e ordinandis sacerdotib; et de ostia

e altare incensi.

e oblatione adorationis.

sacerdotes lauare manus et pedes. ac

cedunt sacrificare de oleo lunctionis scō.

**D**e unguento incensi.

**D**e beselhel quem replavit dñs spū sapi entię ad omne opus.

**D**e sabbato obseruando.

**V**bi dat dñs moysi tabulas testamenta.

**F**ecit aaron uitulum conflatulem.

**D**icit dñs moysi descendit uelociter.

**O**rauit moyses pro populo.

**V**idit moyses uitulum: et fregit tabulas.

**D**icit moyses ad aaron. quare hoc fecisti?

**I**ussit moyses poplo ut occiderent se

muicem. **P**illis dñs peccata eoz.

**R**ogat moyses pro populo ut dimittat

**D**icit dñs moysi ascendite in terram

quam iuriaui patrib; uris.

**I**ncrepat dñs poplin et loquit̄ ad moy sen in columnā nubis.

**L**oquutus est dñs ad moy sen quomodo

loquitur quis ad amicum suum.

**S**icut moyses uidere dñm. et ait illis dñs

non potes uidere faciem meam.

**A**scendit moyses in montem. et dñs

descendit ibi. **dñs.**

**O**mne primituum iubet sibi offerri

**N**on manducauit moyses dieb; quadra

ginta cum scribit uerba testamenti.

**G**loriosa facta est facies moy si. et uela

bat faciem suam.

**D**edie sabbatorum.

**I**nitia iubet offerri dño quęcumq; dis

posuisset in corde suo ad opus taberna

cilli et altaris et stolā sacerdotaliū rerū.

**F**ecerunt beselhel. et ooliab. et omnis

sapiens stolas sc̄as.

**F**ecit beselhel arcam testamenti. et men

sim. et candelabru. et septē lucernas et

altare erēum. et oleum liniamenti.

**I**n die primo mensis primi precipit dñs

moysi sc̄ificare omnia. et induere aaron

stola sancta eius.

**I**n primo mense sc̄o anno proficationis

erā comestā n  
manducādā.

de egyp̄to. statuit moyses tabernaculum  
testimonij.

**C**onsummato tabernaculo texit nubes  
tabernaculū et maiestas dñi implevit illud.

**E**xpliūunt caplā. cxxxix. Incipit liber.  
ellesmoth q̄ gr̄ce exodus dicitur.



Ec sunt nomina filiorum israhel:  
qui ingressi sunt in egyp̄tum cum  
iacob: singuli cum domib; suis inveni  
erunt. Ruben. simeon. lev. iuda.  
isachar. zábulon. et beniamin. dan.  
et neptalm. gad. et aser. Erant igit̄  
omnes animē eorum qui egressi sunt  
de semine iacob. septuaginta. ioseph  
autem in egyp̄to erat. Quo mortuo  
et uniuersis fratribus eius. omniq;  
cognitione sua: sibi isrl' creuerunt.  
et quasi germinantes multiplicati  
sunt: ac roborati nimis. impleve  
runt terram. Surrexit in terra rex  
nouus sup egyp̄tum qui ignorabat  
ioseph: et ait ad populum suum.  
Ecce popl's filiorum isrl' multis for  
tor nobis est. uenite sapienter op  
primamus eum ne forte multipli  
catur. Et si ingruerit contra nos  
bellum. addatur inimicis nostris:  
expugnatusq; nobis egrediatur ē

terra. Preposuit itaq; eis magistros  
operum. ut affligerent eos oneribus.  
Edificaueruntq; urbes tabernacu  
lorum pharaon: phiton. et ramesses.  
quantoq; opprimebant eos tanto  
magis multiplicabantur et cresce  
bant. Oderantq; filios isrl' egyp̄tū et  
affligeabant illudentes eis. atq; ad  
amaritudinem perducabant uitā  
corum operibus duris lutis et lassis.  
omniq; famulatu: quo inter eō ope  
rib; premebantur. Dixit autē rex egyp̄tu  
obstetricib; hebreārum. quarum  
una uocabatur sephra: altera phua.  
principiens eis. Quando obstetrica  
bitis hebreas. et partus tempus ad  
uenierit. si masculus fuerit interfici  
ate illum. si femina reseruate. Ti  
muerunt autem obstetrices deum.  
et non fecerunt iuxta pr̄ceptum  
regis egyp̄tu. sed consuebant ma  
res. Quib; ad se accersitas rex: ait. Quid  
nam est hoc quod facere uoluisti  
ut pueros seruaretis? Que respon  
derunt. Non sunt hebreē sicut egyp  
tie mulieres. Ipse enim obstetrican  
di habent scientiam. et priusquam  
ueniamus ad eas. pariuīt. Bene er  
go fecit deus obstetricibus. et cruit  
popl's: confortatusq; est nimis. Et  
quia timuerunt obstetrices deum:  
edificauit illis domos. Precepit ergo  
pharao omni populo: dicens. Quic  
quid masculini sexus natum fue  
rit in flumen proicite: quicquid  
femina reseruate. **G**ressus est  
post hec uir de domo leui. accepta  
uxore stirpis sue: que concepit et  
peperit filium. Et uidens cum de  
gantem: abscondit eum tribus

mensibus. Cumq; iam celare non posset: sumpsit fiscellam stirpeam. et linuit eam vitamine ac pice. Posuitq; intus infantulum. et exposuit eum in cætato ripe fluminis: stante procul sorore eius: et considerante euentum rei. Ecce autē descendebat filia pharaonis ut lauaretur in flumine. et puellæ eius gradib; evanescantur per crepidinem aluci. Quæ cum uidisset fiscellam in papirione: misit unam e famulis suis. Et allatum aperiens. cernensq; in ea parvulum uagientem: misera eius ait. De infantib; hebreorum est hic. Cui soror pueri. Uis inquit ut uadam. et uocem tibi hebream mulierem. quæ nutrit possit infantulum. Respondit uade. Perirexit puella: et uocauit matrem eius. Ad qm loquuta filia pharaonis. Accipe ait puerum istum et nutri michi: et ego tibi dabo mercedem tuam. Suscepit mulier: et nutritum puerum. Adulatumq; tradidit filie pharaonis. quæ illa adoptauit in locum filij. Uocauitq; nomen eius moyses dicens: quia de aqua tuli eum. **I**n diebus illis: postquam crucierat moyses. egressus ad fratres suos uidit afflictionem eorum: et virum egypturn pertinente quendam de hebreis fratrib; suis. Cumq; circumspexisset buc atq; illuc: et nullum ad esse uidisset. paucissimum egypturn abscondit fabulo. Et egressus die altero: conspicxit duos hebreos rixantes. Dixitq; ei qui faciebat iniuriam. Qua re pertutus proximū tuum: Qui respondebit. Quis constituit te principem

et iudicem sup nos. Nun occidere me tu uis sicut occidisti heri egypturn. Timuit moyses: et ait. Quomodo palam factum est uerbum istud. Audiuimusq; pharao sermonem hunc: et querebat occidere moysen. Qui fugiens de conspectu eius moratus est in terra madian. et sedet iuxta puitum. Erant autem sacerdoti madian septem filie quæ uenerant ad hauriendas aquas: et impletis canaliculis adaquare cupiebant greges patris sui. Superueniente pastores: et crecerunt eas. Surrexitq; moyses et desponsis pudlis: adaquauit oves earum. Quæ cum itucrissent ad iacobel patrem suum: dixit ad eas. Cur ueniatis uelocius solito. Responderunt. Vir egypcius liberauit nos de manu pastorum: misip et hausit aquam nobiscum potumq; dedit omnibus. At ille. Ubi est inquit. Quare dimisisti hominem. Uocate eum: ut comedat panem. Iurauit ergo moyses: quod habitaret cum eo. Accipitq; se foram filiam eius uxorem: quæ peperit ei filium. quem uocauit gersen dicens. Aduena fuji in terra aliena. Alterum uero peperit: quem uocauit diezer dicens. Deus enim patris me adiutor meus: et eripiuit me de manu pharaonis. **P**ost multum temporis. mortuus est rex egypturn. et ingensentes filij isrl propter opera uocstrata sunt. Ascenditq; clamor eorum ad deum pro operibus: et audiuit gemitum eorum. ac recordatus est se deis quod pepiglerat cum abraham isaac et iacob. Et respexit dñs filios isrl: et liberauit eos. **M**oyses autē

pascebat oves iethro cognati sui sa-  
 cerdotis madian. Cumq; minasset  
 gregem ad interiora deserti. uenit  
 ad montem dei orb. Apparuitq; ei  
 dñs in flamma ignis de medio rubi.  
 et uidebat quod rubus ardet. et  
 non combustetur. Dixit ergo moy-  
 ses. Uadom et uidebo uisionem banc  
 magnam. qua re non comburatur  
 rubus. Cernens autem dñs quod per-  
 geret ad uidendum. uocauit eum  
 de medio rubi et ait. Moyses moyses.  
 Qui respondit. Adsum. At ille. Ne ap-  
 propries inquit hic. Solue calciamen-  
 tum de pedibus tuis. Locus enim in  
 quo stas. terra sancta est. Et ait. Ego  
 sum deus patris tui. deus abraham.  
 et deus ysaac. et d's iacob. Abscondit  
 moyses faciem suam. non enim au-  
 debat respicere contra deum. Cui  
 ait dñs. Uidi afflictionem populi  
 mei in egypcio. et clamorem eius au-  
 diui. ppter duriam eorum qui pre-  
 sunt operib;. et sciens dolorem eius  
 descendit ut liberarem eum eum de  
 mamb; egypciorum. et educerem  
 de terra illa in terram bonam et spa-  
 ciosam. in terram que fluit lacte et  
 melle. ad loca chanaan. et heithe. et  
 amorri. pheze. et eu. et lebu-  
 se. Clamor ergo filiorum isrl uenit  
 ad me. uidiq; afflictionem eorum  
 qua ab egypciis opprimuntur. Sed  
 ueni mittam te ad pharaonem. ut  
 educas populum meum filios isrl  
 de egypcio. Dixit moyses ad deum.  
 Quis ego sum ut uadom ad phara-  
 onem. et educam filios isrl de egyp-  
 to. Qui dixit ei. Ego ero tuum et  
 hoc habebis signum qd' misericordia

te. Cum eduxeris populum meum  
 de egypcio. immolabis deo super mon-  
 tem istum. Ait moyses ad deum.  
 Ecce ego uadom ad filios isrl. et dicā  
 eis. Deus patrum uestrorum. misit  
 me ad uos. Si dixerint michi quod  
 est nomen eius. quid dicam eis. Di-  
 xit dñs ad moysen. Ego sum qui su-  
 ait. Sic dices filiis isrl. Qui est misit  
 me ad uos. Dixitq; iterum d's. ad moy-  
 sen. Hęc dices filiis isrl. Dñs deus pa-  
 trum uestrorum. d's abraham. d's  
 ysaac. et d's iacob. misit me ad uos.  
 Hoc nomen michi est in eternū. et  
 hoc memoriale meum. in genera-  
 onem et generationem. Glade con-  
 grega seniores isrl. et dices ad eos.  
 Dominus d's patrū uestrū appa-  
 rit michi. deus abraham. et d's ysaac.  
 et d's iacob. dicens. Visitans uisa-  
 ui uos. et uidi omnia que accide-  
 runt uobis in egypcio. et dixi ut edu-  
 cam uos de afflictione egypci. in ter-  
 ram chanaan. heithe. et amorri. phe-  
 rez. et eu. et lebus. ad terram flu-  
 entem lacte et melle. et audient uo-  
 cem tuam. Ingridi sis. qd' seniores  
 isrl ad regem egypci. et dices ad eum.  
 Dñs deus hebreorum uocauit nos.  
 ibimus uiam trium dierum per so-  
 litudinem ut immolemus dño deo  
 nostro. Sed ego scio qd' non dimittet  
 uos rex egypci ut eatis. nisi per ma-  
 num ualidam. Extendam enim ma-  
 num meam et partiam egypciū  
 in cunctis mirabilib; meis. que faciu-  
 rus sum in medio eorum post hec  
 dimittet uos. Daboq; grām populo  
 huic. coram egypciis. Et cum egre-  
 diemini non exhibitis uacui. sed po-